



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Ioannes Et Ilbodvs Monachi Cistertienses mittuntur Romam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

mensi & in illa diutius gerebat Ecclesia, multumque diu nitendo laborauerat, vt ad illum de molismo transmigrarent fratres locum, & pro hoc negotio multa opprobria, carcerem & verbera perpeffus fuerat.

IOANNES ET ILBODVS MONACHi Cistercienses mittuntur Romam.

Ioannes  
& Ilbo-  
dus mo-  
nachi Ci-  
stertien-  
ses mitti  
ntur Ro-  
mam.

**P**RAEFATVS Albericus, curâ pastorali, licet multum renitens, susceptâ, cogitare cepit, velut vir mirabilis prudentiæ, quæ tribulationû procellæ ipsum aliquando concutientes vexare possent: & præcauens in futurum, cum consilio fratrum, transmisit monachos duos, Ioannem & Ilbodem Romam, dominum Papam Paschalem per eos exorâs, vt Ecclesia sua sub Apostolicæ protectionis alis, tuta ab omni ecclesiasticarû seculariumve pressura personarû perpetuò sederet. Qui fratres prædicti, Hugonis Archiepiscopi, Ioannisq; & Benedicti Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, V alteri quoque Cabilonensis Episcopi sigillatis litteris freti, Romam prosperè iuerunt & redierunt, antequam ipse Papa Paschalis in captione Imperatoris positus esset, reportantes eiusdem Apostolici priuilegium, iuxta vota Abbatis sociorumq; eius per omnia exoratum. Has epistolas, priuilegium

legium etiam congruum duximus in hoc opusculo relinquere, vt posteri nostri intelligant quàm magno consilio & auctoritate Ecclesia eorum sit fundata.

EPISTOLA IOANNIS, ET BENEDICTI, Cardinalium ad Paschalem II. Papam, in fauorem Cisterciensium.

DOMINO Patri Papæ Paschali, & ubique laude eximia prædicâdo, *Ioannes & Benedictus* seipfos per omnia. Quia vestri moderaminis est omnibus Ecclesijs prouidere, & iustis poscentium votis manum porrigere, vestræque iustitiæ adiumento religio Christiana fulta incrementum debet sumere, vestram Sanctitatem obnixius deprecamur, quatenus harum litterarum baiulis nostro consilio à quibusdam religiosis fratribus Paternitati vestræ missis aures pietatis vestræ flectere dignemini. Petunt eum vt præceptum quod de quiete & suæ religionis stabilitate, à prædecessore vestro Domino nostro beatæ memoriæ Papa *Vrbano* acceperunt, & quod secundum eiusdem præcepti tenorem, Archiepiscopus Lugdunensis tunc Legatus, & alij Coepiscopi & Abbates, inter eos & Molisimensem Abbatiam, à qua religionis causa discesserant, definiuerunt, vestræ auctoritatis priuilegio, in perpetuum

B 2 maneat